



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi  
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

115 Iudex ecclesiasticus laici judicis negligentiam supplere potest, non  
contra.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

209 Ut reprobata<sup>t</sup> contraria opinione Bart. afferentis statuta laicorum simpliciter facta contra ea, quæ competit ecclesiis, vel clericis non in privilegium, sed ut cuilibet, tunc ligare clericos, & in foro Episcopali effet servanda, dummodo honesta sint, de qua in li cunctos populos num: 29, C: de sum: Trinit: & fid: cath: cuius opinionem, post alios, per ipsum citatos, sequitur Lopez: in additione ad Diaz: pract: q: cap: 56, ver: ex quibus, post Bald: in ead: li cunctos populos, num: 10 qui allegatis per Bart. responderet, & eius opinionem reprobat, sequitur, & tenet Abb: in cap: sua, il primo, n: 9: de decim: post tex: in cap: eccl: si a sancta Maria de constit: & post Ant. Imol. Rom: & aliòs citatos contrariis respondendo, & rationes adducendo, probat Felyn: in eod: cap: eccl: si a sancta Maria num: 81, vers: sed contra Bart & ibidem Bald: et alii: 5, Abb: num: 10, & Dec: num: 88, & 91. de constit: cap: bene quidem in fine: 96. distin: Bero. in conf: 31: num: 20, cum s: q: vol: primo, & hanc esse communem doctorum theoreticam testatur idem Abb: in cap: non minus n: 20, in prime: de immunit: eccl: Sylvest: qui etiam inquit, hanc esse communem opinion. in ver: immunitas §: 1, num: 20, Surch: in conf: 2, num: 15, volum: 1, cum aliis, quibus supra cap: 4 s: num: 42, & seq.

1 Inferunt etiam ex prædictis, laicorum statuta, sive decreta, aut ordinationes, quibus ob publicam utilitatem pœnaliter prohibetur, ne in prædiis orizæ serantur, aut quid simile clericos nos minime ligare, aut ecclesiarum bona. Quidquid in contrarium tenuerint Gabr: in conf: 37: num: 3: & seq: Vulpel. in trattat: de libert: eccl: par: 3, num: 16, & Menoch

conf: 1000, volum: 10. n: 28. quos citat, & sequitur Capal: in centuri: resolut: crimin: cap: 12, sub: num: 4, quia, nec directè neq: indirectè, tacitè vel expressè, contra libertatē ecclesiasticam Principatibus, seu magistratibus secularibus quidquam licet attentare. Anchæ, in conf: mihi: 196, num: 4, alias 112. magnificè, & Illustr. Colleg. Bonon. inter confil. eiusdem Anchæ, conf: 12, num: 2, & seq: Abb: in repeti: cap: Ecclesia sanctæ Mariae, num: 31, de constitut. & in terminis quamplures allegat Sud. conf: 301, num: 75, 76. & seq: volum: 3.

114 Imò t si eorundem statutorum, aut decretorum vigore contra clericos exercent, illos mulctando, aut alias quovis modo gravando, in excommunicationis sententiam in Bullam Coenæ Domini contentam incident, ut in eadem Bull. sub n: 15. vers: quivè ex eorum. & Navar. in cap: 27. num: 69, §: qui ex eorum vers: necnon qui de cens: eccl: tom: 1.

Non tamen negabo, quin, & ipsi ecclesiastarum Præsules, si pijs prudentisque palto-ris officium præstare velint, eandem prohibitionem facere, illamque executioni debeat demandare.

115 Quòd, si t ipsi Prælati eademi edicta, & inhibitiones ordini clericali recusat, quod minimè est credendum, proponere. Non propterea magistratus seculares possunt Prælatorum negligentiam, ut aliqui putant, supplere, quia cum Iudez ecclesiasticus si major, ipse Iudicis secularis inferioris negligentiam supplere, & illum corriger potest, c. ex transmissa, defor: comp: Azor: in 1. pari insituit. moral. lib: 5, c: 12. vers: sed dubitare & Rot: de anno 1595: ut scripsi in cap: 38, n: 92, tom: 1.

Dicla

